169—10h

1. Quaestiones [illegible] super [illegible] [illegible] [illegible]

2. Super libros Aristotelis de anima commentaria Damiani Laud[illegible]

3. Arithmetica, Astrologia et Poetica

4. Practical, historical, philosophical & theological [illegible] of the Right Honourable [illegible]







TRACTATUS PRO

portionũ: editus a Petro a ſpinoſa artium ma
giſtro: ſimul cum duabus queſtionibus
philoſophie quarum vna actionem
veſtigat a proportione
maioris inequali
tatis. Se=
cunda
vero queſtio
nem de antipari=
ſtaſi: vbi ferme totum fun
damentum metheororum contine
tur.·:· Viſum ⁊ de precepto Prelati im
preſſum. Anno. M.D.XXXI.



Prohemium.

Petrus a spinosa artium magister suo domino dño Michaeli chacon pclarissimo rectori Salmañ. academie. S. P. impartit.

COgitabam magnificentissime Rector quodam esse genus hominum maxime simillium torpescentibus animalibus. quæ ueluti mortua in cauernis terræ degunt: in sopore hiemem totã trãsigentia. Homines hi sunt quorum est tanta pigritia scribendi q̃ bene cogitarũt: ut minimũ laborem præferãt tanto fructui quantus speratur ex doctrinis eorum bene pensatis digestis atq; tãto labore examinatis. Horum numero fui aliquando ascriptus parcendi labori nomine: tum etiam ne uiderer iactabundus & ambitiosus me humiliorem meis dominis corregentibus pferri. quod absit. illis enim morem gerere: gratum esse omnibus in rebus destinaui. Iam uero ab illo somno expergefactus perfricui frontem: tanq̃ lacessens socios meos minimo opusculo proportionum. ut ipsi de abditis arcanis & penetralibus artiũ & philosophiæ ædant aliquid in lucem. quod si fecerint ad maiora nostræ philosophiæ q̃ sepæ triuimus & cogitauimus proueharr. Hortatus sum etiam magnificentissime rector q tuo patrocinio libellus non poterat non esse tutus: cõmẽdatus: atq; utilissimus: ut qui soles etiam pugnantia conciliare: bellantia paccare: fluctuantem, rem publicã hinc, inde cõmotam: a pessimis negociatoribus in tranquilitate cõstituere. Quãdo vnq̃ cathedræ uisæ sunt sine strepitu uocum: negotiorum: atq; sine appellationibus ad curiam imperatoriam nisi apud te. Tua ipsi⁹ fortuna oĩa sunt prospera faxit deus te incolumem reddere ut qualis es: talem facias rempublicam tuã. Texerem hic tuarum uirtutum fusiorẽ catalogum nisi tecum agerẽ qui sciam, immoderatioris te laudis contemptorem & esse bonus q̃ uideri mauis. Percitus etiã fui huic opusculo imprimẽdo præcibus meorum scolasticorum: quibus non min⁹, me debere fateor q̃ uete filiis et fratribus: quorum præcib⁹ mihi uisum est obtẽperare. Accipe igitur illustrissime rector has lucubraciunculas meas primitias sapientiæ meæ quecunq; illa sit. Nec munusculi paruitatem negligas. Est enim doctrina ma⁹: nec ẽ nisi nũtium præsagiens multo maiora: atq; queritans: quo animo ab studentibus recipiatur: speramus beniuolo: hilari: quod cum fuerit magnitudine aliorum huius breuitatem pensabimus. Artaxerxes enim persarum rex non minus regium & humanum existimans parua libenter prompteq; accipere q̃ magna tribuere: cum sibi in uia ob equitanti pauper quidam & operarius homo nihil aliud habens: ambabus aquam manibus e proximo flumine haustam obtulisset iocunde suscepit & arrisit: non tei que donabatur utilitate: sed prompta eius qui largiebatur uoluntate gratiam metitus. Vale fœlix studiosorum mœcenas & tuum Spinosam numero tuorum ascribe nostramq; opellam boni consule.

Frater Rodericus coxuera monachus Ad lectorem. decastichon.:.

PYthagoras cælsus. stagirita. & turba Platonis:
Et seuerina cohors: te numerare docet.
Iunior his magnus limphis Iordanus amicis:
Cusa quoq; insignis: doctus & ipse faber.
Clarius ast paruo lepidus Spinosa libello.
(Aglaophemus adest. alter Apollo rubet.)
Ardua cunctaq; quæ sit proportio rerũ:
Ostendit rithmis promptus in arte suis.
Lucida mens numeros priscorum (candide lector)
Excoluit: tantos ipse patres sequitor.

Tractatus proportionum

per accutissimum ac egregium dominum Petrum a Spinosa nunc compositus: omnesque difficultates continens.

Proportio est duarum quantitatum in eo quod vtrique earum conuenit: certa habitudo, dicitur duarum quantitatum ad differentiam proportionalitatis geometrice que est similitudo proportionum & ad minus tribus terminis constat. Per quantitates intellige virtutes actiuas & passiuas intensiones: & remissiones: & velocitates. & alia plura comparabilia. Dicitur in eo quod vtrique earum conuenit per quod intelligas genus subalternum. Nam linea non habet aliquam proportionem ad calorem: nec econuerso. Similiter quantitas discreta ad continuam nullam habet proportionem: quia solum conueniunt in genere generalissimo. Dicitur certa habitudo quod dupliciter intelligas: Uno modo certa. i. finita quia infiniti ad finitum nulla est proportio. Etiam infiniti ad infinitum nulla proportio est. Alio modo certa idest determinata habitudo & indiuisibilis: vtpote. 4. ad. 2. proportio consistit in indiuisibili. Nam si quantumuis parum accrescat numerus quaternarius vel diminuatur binarius iam variata est proportio. Unum tamen non tacitus preteribo quod per quantitates intelligo quantitatem molis & perfectionis: que enim sunt perfecta consueuimus magna vocare iuxta beatum Augustinum: in his que non mole magna sunt idem est magnum & perfectum ex libro de quantitate anime: dico quod perfectio essentialis hominis potest dici in duplo perfectior quam ea que equi est: nec valet ergo duo equi essent tam perfecti vt vnus homo cum duo equi non habent de perfectione essentiali plus quam vnus equus iuxta Porphi. capitulo de specie participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Si enim duo equi essent perfectiores essentialiter quam vnus essent alterius speciei duo quam vnus quod est falsum quare male mihi suadeo quod vna species sit in infinitum perfectior alia.

Nunc videantur circa materiam proportionis difficultates alique. Sit prima difficultas que entitas sit proportio: ad quam respondeo quod aliter tenendum est secundum nominales: & secundum reales. Secundum nominales proportio est ipsemet res proportionate. Uniuersaliter istam propositionem concessit Calculator in capite de intensione proportio maioris inequalitatis est proportio minoris inequalitatis. Sed apud reales proportio pro substrato est res proportionate sed pro per se significato est quedam relatio. Bernardinus tamen primo. c. sua. pro. tenet quod proportio est quantitas continua cuius ratio est ista. Omne quod est diuisibile in semper diuisibilia est quantitas continua: omnis proportio est diuisibilis in semper diuisibilia: ergo omnis proportio est quantitas continua: Maior patet per differentiam quam Arist. assignat tertio phisicorum inter quantitatem continuam & discretam. Nam dicit quod quantitas continua in diuisione non habet statum. Discreta vero quantitas in appositione non habet statum. Minor probatur: quia proportio dupla diuiditur in duas medietates duple & quattuor quartas duple: & sic sine statu.

Declarata diffinitione proportionis restat eius diuisiones assignare. Prima diuisio proportionum quedam equalitatis: quedam inequalitatis: inequalitatis maioris inequalitatis: & minoris inequalitatis. Proportio equalitatis est que est inter equalia. Inequalitatis que est inter inequalia: maioris inequalitatis que est maioris ad minus: minoris inequalitatis que est minoris ad maius. Exemplum primi. 4. ad. 2. Exemplum secundi. duorum ad. 4. Et nota quod proportio maioris inequalitatis octo ad quattuor dicitur dupla. & minoris inequalitatis. 4. ad. 8. dicitur sub dupla.

Diuisio alia.

Proportionum maioris inequalitatis quintuplex est genus videlicet multiplex. superparticularis: superpartiens: multiplex superparticularis: multiplex superpartiens.

Proportio multiplex est in qua maior numerus continet minorem pluries adequate. Dicitur pluries quia proportio trium ad duo non est multiplex: quia non continet ternarius binarium pluries: sed semel. Dicitur adequate propter quod proportio quinque ad duo non est multiplex: quia licet contineat pluries: quia bis: non tamen adequate: quia adhuc superest vna vnitas. Unde proportio multiplex que continet bis tantum dicitur dupla. & que ter tantum tripla. & que quater tantum quadrupla. & sic sine statu de quo facies istam tabulam.

2	3	4	5	6	7	8	9
1	1	1	1	2	1	1	1

In qua notabis quod numeri superioris ad inferiorem in primis est dupla: sed inferioris primi ad superiorem primum est subdupla: & superioris secundi ad inferiorem secundum est tripla: & inferioris secundi ad superiorem secundum est subtripla. Ex quo infertur quod in multiplicibus proportionibus est dare minimam sed non est dare maximam. Dupla enim est minima & post illam non datur maxima.

Proportio superparticularis est proportio in qua maior numerus continet minorem semel & cum hoc superest pars aliquota minoris: vt numerus ternarius continet binarium semel & superest vnitas que est pars aliquota ipsius binarii: quoniam est medietas. Unde pars aliquota est que aliquoties sumpta reddit ipsum totum vt binarius respectu quaternarii: qui bis sumptus facit quaternarium & habet multas species videlicet sexquialteram. sexquitertiam. sexquiquartam. & sic sine statu. Sexquialtera vt dicit Jacobus faber non bene dicitur: sed deberet dici sequialtera. Sequialtera dicitur a sequi quod est totum: & altera medietas. Sequitertia a sequi quod est totum: & tertia parte. Quando igitur continuerit aliquis numerus maior aliquem minorem to

tum ⁊ superest medietas erit sesquialtera. Et quãdo aliquis numerus maior cõtinuerit aliquem minorem totum ⁊ super sit tertia pars erit sesquitertia vt ternarius continet binarium totum ⁊ superest vnum (que est pars aliquota binarii) videlicet medietas dicetur: ergo sesquialtera ⁊ ponitur ista tabula vbi superius est linea naturalis numerorum incohoata a ternario inferius linea naturalis numerorum incohoata a binario.

3	4	5	6	7	8	9	10	11
2	3	4	5	6	7	8	9	10

¶ Primi maioris ad secundum minorem est sesquialtera ⁊ illius minoris ad eundem maiorem est subsesquialtera secundi maioris ad secundum minorem est proportio sesquitertia ⁊ illius minoris ad eundem maiorẽ est subsesquitertia. Ex quo infertur ꝙ in istis superparticularibus datur maxima videlicet sesquialtera sed non minima. Infertur secundo ꝙ in istis quanto denominatio est maior tanto proportio est minor: ⁊ econuerso in multiplicibus.

Proportio superpartiens est quando maior numerus continet minorem semel. ⁊ supersunt aliquę partes aliquote minoris non facientes vnam aliquotam respectu minoris vt proportio. 5. ad. 3. quinarius numerus continet ternarium semel: ⁊ supersunt due vnitates: quarum vnaqueqꝫ est pars aliquota ternarii totus tamen binarius non est pars aliquota ternarij ⁊ habet multas species vt superbipartiens tertias. superbipartiens septimas. superbipartiens quintas. superbipartiens octauas. ⁊ sic sine statu constituitur ista tabula. ⁊ linea superior fit numerorum imparium incohoatorum a quinario. Inferior vero fit linea naturalis numerorum incohoata a ternario.

5	7	9	11	13	15
3	4	5	6	7	8

¶ Primi superioris ad primum inferiorem est superbipartiens tertias: ⁊ primi inferioris ad primum superiorem est subsuperbipartiens tertias: ⁊ in istis non habetur maxima nec minima.

Quartum genus proportionum est multiplex superparticularis: ⁊ est quando maior numerus cõtinet minorem pluries: ⁊ superest aliqua pars aliquota minoris: vt quinqꝫ ad duo. Quinqꝫ continet duo pluries: quia bis: ⁊ superest vna vnitas que est pars aliquota binarii. quia medietas. ⁊ habet multas species videlicet dupla sesquialtera. tripla sesquialtera. ⁊ sic sine statu Dupla sesquialtera est quando maior continet minorem bis. ⁊ superest medietas minoris. Tripla sesquialtera est quando maior continet minorem ter. ⁊ superest medietas minoris: quarum generatio fit hoc modo. Sumatur quevis proportio illarum: vt dupla sesquialtera: cuius appetis omnes numeros generare in quibus reperitur. Primo generabis minimos hoc modo. Numerus superparticularis proportiõis dabit tibi primũ comitẽ q ẽ numerus denominationis illius proportionis: voco comitem inferiorem vt dupla sesquialtera dicitur sesquialtera a duobus ille erit primus comes. primus dux. i. primus maior eiusdem proportionis sic cõsurget multiplica numerum multiplicis per numerum sesquialtere vt. 2. per. 2. ⁊ consurget quaternarius cui adde vnitates ⁊ erit quinarius qui comparatus binario facit duplam sesquialteram. ⁊ inuentis primis eis duplatis inuenies secundos triplatis tertios ⁊ sic sine statu simili modo operabere in dupla sesquitertia ⁊ aliis.

Quintum genus proportionis est multiplex superpartiens: ⁊ est quando maior continet minorem pluries: ⁊ supersunt aliquę partes aliquote minoris nõ faciẽtes vnam aliquotam respectu minoris. Exemplũ Proportio. 8. ad. 3. est multiplex superpartiens quia maior vꝫ octonarius continet minorem. s. ternarium bis. ⁊ supersunt due vnitates quarum vnaqueqꝫ est pars aliquota ternarii: non tamen simul iuncte ⁊ habet multas species vꝫ dupla superbipartiens tertias dupla superbipartiens quintas. tripla superbipartiens tertias ⁊c. Et ponitur tabula ista sequens: cuius est superior ordo linea numerorũ incohoata ab octonario ⁊ semper relinquas duos post illum ⁊ sume quartum. inferior ordo sit linea naturalis incohoata a ternario.

8	11	14	17	20	23
3	4	5	6	7	8

Uel facito generationẽ eodẽ mõ inuentis primis numeris eos duplãdo triplãdo vt te docebo in septiã difficultate.

Pro declaratiõe istius materie perfecta peto aliquas difficultates.

¶ Prima sit an possint dari documenta per que possimus: quacunqꝫ proportione petita illam dare.

¶ Secunda difficultas cõcernit tria documenta in proportionibus superpartiẽtibus.

¶ Tertia difficultas de cognoscẽdo excessum vnius proportionis ad aliam.

¶ Quarta difficultas: datis quibuscũqꝫ proportionibus scire quam proportionem componant.

¶ Quinta difficultas: de modo dandi proportionẽ duplam ad aliam. triplam ad aliã ⁊ sic sine statu per multiplices.

¶ Sexta difficultas de modo diuidendi continuum per partes proportionales quacunqꝫ proportione oblata siue rationali. siue irrationali.

¶ Septima difficultas quomodo probetur ꝙ diametri ad costam sit proportio irrationalis.

¶ Octaua difficultas que tractat de proportionalitatibus deqꝫ generibus arguendi per eas ⁊ de proportione proportionum.

¶ Nona difficultas quomodo attenditur maioritas ⁊ minoritas in proportionibus minoris inequalitatis ⁊ ibidem an pars sit toto maior.

¶ Decima difficultas in quibus generibus proportionum reperiatur consonantia musicalis.

¶ Prima difficultas.

Ad primam difficultatem rñdetur sm mentem Nicolai oren. in. c. s. suarum proportionũ ꝙ illud sit facile inuenire in multiplicibus: nulli dubium est. In superparticularibus habeas hoc documentum. Petitur a te. da mihi vnam sesquialteram: tu debes aspicere numerum vnde sesquialtera denominatur: ⁊ videbis ꝙ est binarius cui super adde vnitatem ⁊ efficitur ternarius quem totum compara ad binarium: ⁊ fecisti sesquialteram. Deinde petit aliquis a te sesquitertiam: inspice ꝙ illa denominatur a ternario super adde vnitatem ⁊ est quaternarius quaternarij ad ternariũ est sesquitertia.

¶ In superpartientibus: si petit a te aliquis unam superbipartientem tertias facies hanc considerationem: primus numerus. s. binarius denominatur a binario. Secundus videlicet ternarius a ternario adde primum in secundo ⁊ erit quinarius ⁊ compara totum aggregatum idest quinarium postremo numero idest ternario ⁊ invenitur quod optabas.

¶ In multiplicibus superparticularibus faciendum est hoc: petatur a me ut dem duplam sesquialteram. ego videbo numerum a quo denominatur dupla: qui est binarius ⁊ a quo denominatur sesquialtera qui est binarius multiplicabo binarium per binarium ⁊ consurget quaternarius: cui super addam unitatem ⁊ resultabit quinarius quem comparabo ad postremum numerum denominationis proportionis qui est binarius ⁊ ita quinque ad duo est proportio petita.

¶ In multiplicibus superpartientibus si petatur a te da mihi duplam super tripartientem quintas ego faciam hoc: multiplicabo primum numerum denominationis proportionis per postremum ⁊ super addam medium itaque dicam. Bis quinque sunt decem: ⁊ super addam numerum medium qui est ternarius ⁊ comparabo ad postremum qui est quinarius ⁊ ita inveni ꝙ tredecim ad quinque est dupla super tripartiens quintas.

¶ Notabis ꝙ si detur tibi aliqua proportio assignanda inter numeros magnos si illi sunt pares facile poteris ipsam proportionem exhibere: si illos dividas in medietates ⁊ illas medietates si potes iterum in alias medietates quia qualis est proportio partium aliquotarum eiusdem denominationis talis est inter integra seu tota: quod Euclides quinto elementorum aliis verbis idem significantibus dixit multiplicium ⁊ submultiplicium eadem est proportio ex illo patebit modus assignandi illam proportionem. ut petitur a te ut des proportionem. 22. ad. 14. tu facies hoc. divide. 22. in duas medietates ⁊ assume. 11. Deinde. 14. ⁊ divide in duas medietates: ⁊ assume. 7. ⁊ erit. 11. ad. 7. proportio super quadripartiens septimas. Talis est. 22. ad. 14.

¶ Secunda difficultas.

Ad secundam difficultatem sit tibi hoc documentum: in proportionibus superpartientibus ꝙ est duplex numerus: quidam numerator: alter denominator. numerator dicitur primus denominator vero secundus. ut superbipartiens tertias. bi. est numerator tertias denominator. instar eius quod in Arithmetica de fractionibus vulgaribus dici solet. Quo habito nota ꝙ in proportionibus superpartientibus nunquam numerator debet esse equalis denominatori neque maior sed semper minor. Exemplum. non habetur aliqua proportio que sit superbipartiens tertias. Nam illa esset dupla ut patet per documenta prime difficultatis neque potest dari proportio superquadripartiens tertias. Nam illa per documenta assignata est dupla sesquitertia: ergo semper numerator sit minor itaque recte diceris superbipartiens tertias.

¶ Secundum documentum in proportionibus superbipartientibus nota ꝙ nunquam numerator sit pars aliquota denominatoris itaque non est aliqua proportio superbipartiens quartas. Nam illa esset sex ad quatuor ⁊ est sesquialtera nec est aliqua proportio que sit supertripartiens nonas quia illa esset duodecim ad novem iuxta documenta assignata ⁊ talis est sesquitertia implicat autem esse superbipartientem quartas ⁊ sesquialteram. Nam si sesquialtera ergo solum superest pars aliquota minoris si superbipartiens quartas ergo non superest pars aliquota minoris.

¶ Tertium documentum denominatio proportionis superpartientis debet esse a minori numero possibili pro quo nota ꝙ quando maior continet minorem semel ⁊ superest pars non aliquota si fuerit numerus primus quod superest: vel minor numerus ad quem fit comparatio sit numerus primus facienda est denominatio proportionis secundum totum excessum. ut si assignetur proportio. 27. ad. 20. erit proportio super septipartiens vigesimas: ⁊ si fiat comparatio. 13. ad. 7. licet senarius qui superest sit numerus compositus: quia tamen septenarius minor est primus secundum illum est facienda denominatio ita ꝙ dicetur super sexpartiens septimas. si vero quod superest est numerus compositus: ⁊ ad idem minor est numerus compositus videndum est que partes aliquote excessus sive medietates: sive quarte: sive tertie sint partes aliquote minoris ⁊ a numero partium excessus erit primus numerus ⁊ a numero denominationis partis respectu minoris secundus. ut. 10. ad. 6. 10. continet senarium ⁊ superest quaternarius cuius unaqueque medietas est tertia senarii cum ergo sint due tertie dicetur superbipartiens tertias ⁊. 21. ad. 15. superest senarius ⁊ est due quinte quindenarii: erit igitur proportio superbipartiens quintas. ita ꝙ si non sit proportio superpartiens denominanda a toto excessu sed querende sunt partes aliquote excessus a numero vicium quibus intrat aliqua pars aliquota in excessu denominabitur primus numerus ⁊ a numero vicium quibus intrat in minori secundus ut si comparas. 21. ad. 15. supersunt. 6. non potest ab illo denominari proportio super sexpartiens quintas ideo sume medietates excessus ut ternarium ⁊ intrat in eo bis ⁊ in quindenario quinquies erit superbipartiens quintas quia si intrat in senario bis a numero vicium dicetur superbi ⁊ ternarius intrat in quindenario quinquies ab hoc numero vicium quibus intrat denominetur superbipartiens quintas. Aliud exemplum Si sumatur proportio. 22. ad. 14. cum excessus qui est 8. non sit pars aliquota minoris qui est. 14. iam ex hoc constat ꝙ est superpartiens ⁊ non est denominanda super octipartiens quattuordecimas quia inter medietates est super quadripartiens septimas quomodo inter tota est super octipartiens quattuordecimas. Nam multiplicium ⁊ submultiplicium eadem est proportio. ideo vide ꝙ binarius est quarta octenarii septima. 14. erit super quadripartiens septimas.

¶ Tertia difficultas.

Tertia difficultas duo petit. Unum est de modo quo cognoscimus unam proportionem esse altera maiorem ⁊ de cognoscendo excessum quem habet una proportio ad alteram. Ad primum de duplici modo dicemus: unus sit Jacobi fabri primo musice. Secundus sit Joannis de monte regio secundo epithematis proportionum. Jacobus faber inquit. Si detur tibi ad cognoscendum que sit maior proportio sesquialtera an sesquitertia facies hoc vide numerum a quo denominetur sesquialtera atque numerum a quo denominatur sesquitertia ⁊ multiplica unum per alium dicendo bis tria sunt. 6. ⁊ dividit numerum ad quem potest dari aliqua maior sesquialtera aliqua maior sesquitertia: quod facile est: adde medietatem senarii super illum ⁊ est sesquialtera ⁊ ille est novenarius tertiam ⁊ adde partem senarii ter

per illū ⁊ erit octonarius: quo habito vnusquisq; videt maiorem esse proportionem nouenarij ad senarium q̄ octonarij ad senarium ex quo habetur sexquialteram eē maiorem sexquitertia.

¶ Secundus modus est Joannis de monte regio ca. allegato vbi dicit ꝙ si vis data sexquialtera ⁊ sexquitertia cognoscere que sit maior ⁊ que minor accipias minimos nūeros eaꝝ q sunt ternari⁹ ⁊ binari⁹ q̄ternari⁹ ⁊ ternari⁹ ⁊ multiplica in crucem maiorem vnius per minorem alterius ⁊ econuerso. ⁊ vnde exiuerit numerus maior illa proportio maior est: ⁊ vnde minor illa est minor: vt verbi gratia multiplica ternarium per ternarium ⁊ adest nouenarius. Rursus multiplica binarium per quaternarium ⁊ adest octonarius vbi vides maiorem numerum resultasse ex multiplicatione maioris numeri sexquialtere quam sexquitertie. Et notabis ꝙ si velis scire quantus sit excessus: poteris dicere ꝙ est quanta sit proportio inter numeros resultātes: ⁊ quia illa est sexquioctaua patet sexquialteram excedere sexquitertiam per vnam sexquioctauam: vt in his numeris pꝫ 9 8 6 Nam proportio. 9. ad. 6. excedit illa que ē 8. ad. 6. per illam que est. 9. ad. 8.

¶ Quarta difficultas.

Ad quartam difficultatem respondeo cum eodē Joanne de monte regio: loco precitato vbi dicit Si vis scire quam proportionem componant superbipartiens tertias ⁊ sexquialtera que sunt quinarij ad ternarium ternarij ad binarium multiplica maiorem per maiorem ⁊ minorem per minorem ⁊ proportio resultans est illa quam ille simplices componebant: vt multiplica ternarium per quinarium dicendo ter quinq; sunt. 15. bis tria sunt. 6. 15. ad. 6. est proportio dupla sexquialtera: illā igitur componunt ille due proportiones quod sic patet: quia habetur quinto elementorum proportio extremorum componitur ex inter medijs. componitur illa proportio. 15. ad. 6. ab illa que est. 15. ad. 10. ⁊. 10. ad. 6. quarum prima est sexquialtera ⁊ secunda superbipartiens tertias.

¶ Considerabis preterea ꝙ quemadmodum vnum totū in quantitatibus continuis componitur ex pluribus modis partium aliquotarum: vt ex quattuor quartis quinq; quintis: ita proportio dupla. 12. ad. 6. componitur. Ex vna. 12. ad. 9. que est sexquitertia ⁊ ex altera. 9. ad 6. que est sexquialtera ⁊ componitur ad idem ex proportione. 12. ad. 10. que est sexquiquinta ⁊ ex proportione. 10. ad. 6. que est superbipartiens tertias. ⁊ idem componunt sexquiquinta ⁊ superbipartiens tertias quod sexquialtera ⁊ sexquitertia: ita ꝙ illud aggregatum est equale isti.

¶ Quinta difficultas.

Ad quintam difficultatem respondendo Nota quid est multiplicare quadrate ⁊ quid est multiplicare cubice. Multiplicare quadrate est aliquem numerum multiplicare per seipsū semel. vt bis duo sunt quattuor. quater quattuor sunt. 16. ter tria sunt nouem.

¶ Multiplicare cubice est multiplicare aliquem numerum per se: ⁊ deinde per productum: vt dicendo ter tria sunt. 9. ter nouem sunt. 27. Nota preterea ꝙ multiplicare cubice habet multas species. Semel cubice. Bis cubice. Ter cubice. ⁊c. Semel cubice est multiplicare aliquem numerum per se ⁊ postea per ꝓductum multiplicare: vt ter tria sunt nouem. ter nouem. 27. Multiplicare bis cubice est aliquem numerum per se: post ea per productum producti: vt ter tria sunt nouem ter nouem sunt. 27. ter. 27. 81. ⁊ si iterum dicas ter. 81. erit ter cubice.

¶ His habitis cuicunq; proportioni petite dabis duplam si multiplices tales ꝓportionis petite minimos numeros quadrate per se: inter illos resultantes est dupla proportio ad proportionem petitam vt volo dare duplam ad sexquialteram eī⁹ minimi numeri sunt tres ⁊ duo multiplica ternarium quadrate per se ⁊ ad idem binarium: ⁊ ex ternario resultat nouenarius: ⁊ ex binario quaternarius. 9. ad. 4. est dupla sexquiquarta illa est dupla ad sexquialteram. Continet enim duas sexquialteras. 9. ad. 6. ⁊. 6. ad. 4. Item si velis dare triplam ad sexquialteram dabis sic. Ter tria sunt nouem. ter nouem sūt. 27. ⁊ multiplica minorē bis. 2. 4. bis. 4. 8. 27. ad. 8. ē ꝓportio tripla ad sexquialteram qđ patet. Habet tres sexquialteras de. 27. ad. 18. ⁊. 18. ad. 12. ⁊. 12. ad. 8. Et si velis inuenire quadruplam ad sexquialteram multiplica bis cubice ⁊ sic sine statu. Ex quo patet ꝙ ista consequentia nil valet: ista proportio excedit illam per quadruplam: ergo est quadrupla ad illam. Nam octupla excedit illam duplam per quadruplam: ⁊ tamen non ē quadrupla sed tripla. Patet secundo opinionem Basam politi esse falsam sicut bene reprobat Aluarus thomas secunda parte proportionum capite quinto qui tenebat ꝙ proportio proportionum est sicut numeroꝝ denominantium: ita ꝙ secundum eum octupla est dupla ad quadruplam: quod tamen est falsum: immo est sexquialtera. Contra quam opinionem argumentum secundum prefati doctoris vrget. Sequeretur enim ꝙ quarta pars alicuius totius esset equalis medietati qđ patet. Nam dupla est quarta pars octuple ⁊ est medietas igitur antecedens probatur. Primo ꝙ dupla sit quarta pars probo. Denominatio octuple est quadrupla ad denominationem duple ergo dupla est quarta pars ⁊ est medietas probatur: illud quo remoto remanet sola medietas est medietas: sed remota dupla manet quadrupla que est medietas octuple ergo dupla est medietas octuple.

¶ Sexta difficultas.

Dico continuum dupliciter posse diuidi per partes proportionales aliqua certa proportione vel finitas vel infinitas vt si velim diuidere continuum in 5. partes habentes se in dupla proportione: accipias totidē numeros habentes se in illa proportione vt vnitas. 2. 4. 8. 16. ⁊ coniunge omnes illos dicendo vnitas ⁊ binarius sunt ternarius ⁊ tandem inuenies. 31. tunc assumas. 16. trigesimas primas. 8. trigesimas primas ⁊ sic consequenter ⁊ diuisisti continuum in quinq; partes habentes se in dupla proportione. Si velis diuidere in infinitas partes proportionales aliqua proportione assume minimos numeros talis proportionis vt q̄ternarium ⁊ vnitatem si vis diuidere quadrupla: ⁊ tūc in tot partes diuide continuum quot sunt vnitates in quaternario. deinde vide excessum quaternarij ad vnitatem ⁊ est ternarius: ⁊ videbis quot partes aliquote est ternarius respectu quaternarij ⁊ qr est tres q̄rte. erūt tres q̄rte ꝑma ps ꝓportionalis. ⁊ tres quarte restantis sunt secunda pars: ⁊ tres quarte adhuc restantis sunt tertia pars. Et ita facies in omnibus.

¶ Secundus modus assignandi hanc diuisionem est:

iam volumus diuidere aliquod continuū per partes proportionales aliqua proportione vt dupla: talis debet esse proportio totius ad omnes dempta prima sicut prime ad secundam: sed prime ad secundam debet esse dupla: ergo totum ad omnes dempta prima debet esse dupla. sed non se habet in dupla totum ad aliquid nisi ad medietatem: ergo omnes dempta prima sunt medietas. ergo prima erit medietas totius ⁊ secunda medietas residui. ⁊ si vis diuidere per partes proportionales proportione superbipartientetertias assume minimos numeros qui sunt. 5. ⁊ 3. ⁊ diuide continuū in tot partes aliquotas quot sunt vnitates in quinario ⁊ postea viso excessu quinarij ad ternarium qui est Binarius videatur. Ille Binarius quot partes aliquote est respectu quinarij ⁊ est due quinte ⁊ due quinte totius erunt prima pars ꝓportionalis proportione superbipartienti tertias ⁊ due quinte restantis ad idez erunt secunda pars ⁊ sic sine statu. ¶ Si vis diuidere proportione octupla minimi numeri sunt. 8. ⁊ 1. diuide continuum in. 8. octaus ⁊ diuidatur continuum proportione octupla per istum modum. excessus. 8. ad. 1. sunt. 7. octaue. 7. octaue continui sunt prima pars preterea. 7. octaue restantis secunda pars: ⁊ sic sine statu ⁊ hoc est diuidere per partes ꝓportionales ꝓportione octupla. De diuisione continui per partes ꝓportionales ꝓportione irrationali infra dicetur.

¶ Septima difficultas.

Ad septimam difficultatem respondēdo suppono ꝙ duplex est ꝓportio rationalis: ⁊ irrationalis. Proportio rationalis est ꝓportio inter quantitates comensurabiles. ⁊ ista dicitur ꝓportio numeralis. Quantitates cōmensurabiles sunt quas vna eademq̧ mēsura metiri potest. Incōmensurabiles quantitates sunt quas non potest vna eademq̧ mensura metiri: inter q̄s est ꝓportio irrationalis qualis dicitur diametri ad costam. Est enim inter illas ꝓportio irrationalis. ⁊ ita dicit Aris. ꝑmo poste. c. 2. Diameter est incōmensurabilis coste. Ad hoc ꝓbandū premitto aliq̄s suppositiones antea q̄z ponantur. Notabis ꝙ ista ꝓportio rationalis reperit̄ in numeris ⁊ quantitatibꝰ continuis: sed irrationalis in solis quantitatibꝰ continuis: ita ꝙ si petatur in quibꝰ numeris est medietas duple: dic ꝙ in nullis: ⁊ sic medietas quintuple. Sit igit̄ ꝑma suppositio.

¶ Proportio quadratorum est costaꝝ duplicata. Patet in hac figura: si conspicias quadratum magnum c. d. in ordine ad quadratum paruū. a. b. habent se in q̄drupla: ⁊ si compares costam quadrati magni ad costam quadrati parui habent se in dupla. Ergo proportio quadratoꝝ est costaꝝ duplicata.

¶ Suppositio secunda. Quadratum diametri duplū est ad q̄dratum coste: vt patet in hac figura. Nam q̄dratum. a. b. c. d. est quadratum diametri. b. d. ⁊ est duplum ad quadratum paruum. b. f. d. e. quod est quadratum coste. b. e. quod ꝓbat̄. Omne quadruplum ad medietatem est duplum ad totum: sed quadratum magnū est quadruplum ad medietatem q̄drati parui. b. f. d. e. ergo est duplum ad totum. Minor patet ad oculū.

¶ Tertia suppositio. Cuiuslibet ꝓportionis superpartientis alter primorum numeroꝝ est impar: probatur. Quia si ambo sunt pares medietates sunt priores numeri in eadem ꝓportione reperti: ergo non erant ꝑmi.

¶ Quarta suppositio. Quadratum numeri imparis est impar: ⁊ numeri paris est par. Exemplum. Ter tria nouem: bis: duo: quattuor. Notabis ꝙ numerus quadratus est qui fit ex ductu alterius numeri in se vt. 9. qui fit ex ductu ternarij in se. 16. qui fit ex ductu q̄ternarij in se.

¶ Quinta suppositio. Nullus numerus impar est duplus ad alium. pz. quia si esset duplus esset par quia diuideretur in duas medietates que essent numeri.

¶ His habitis probo ꝙ diametri ad costam sit medietas duple. Deinde ꝙ medietas duple sit irrationalis. Primum sic probat̄. Quadratū diametri est duplū ad quadratum coste: per secūdam suppositionem: ⁊ ꝓportio quadratorum est costarū duplicata per primam. Ergo diametri ad costam est medietas duple. Quod autem sit ꝓportio irrationalis sic suadeo. Non est multiplex. non superparticularis nec superpartiēs nec multiplex superparticularis nec multiplex superpartiens ⁊ non sunt alie proportiones rationales: igitur erit ꝓportio irrationalis. Añs probatur pro maiori: primo, nō est multiplex nec multiplex superparticularis nec multiplex superpartiens: quod probo sic. Omnis multiplex vel multiplex superparti. vel multi. superpar. est dupla vel maior ea: nulla medietas duple est dupla vel maior ea. Ergo nulla medietas duple est multiplex vel multi. superparticularis vel multiplex superpartiens. De maiori constat: ⁊ etiam de minori. De consequentia autez est in camestres: igitur. Quod autem non sit superparti. declarat hic syllogismus in camestres. Omnis proportio superparti. est sequialtera vel sequitertia aut minor his: nulla medietas duple est sequialtera nec sequitertia aut minor his: ergo nulla medietas duple est superparti. Maior est vera quia inter proportiones superparti. sequialtera est maximā. Minor probatur. quia dupla componitur ex duobus inequalibus: vt sequialtera atq̧ sequitertia: vt patet. 4. ad. 2. Nam componitur ex ea que quattuor ad. 3. ⁊. 3. ad duo ⁊ omne compositum ex duobus inequalibus sic se habet ꝙ maius est maius quam medietas: ⁊ minus minus quam medietas. Ergo sequialtera est maior quam medietas duple: ⁊ sequitertia minor quam medietas duple. Medietas ergo duple non est sequialtera: quia sequialtera est maior ipsa: nec sequitertia: quia sequitertia est minor quā medietas duple: ergo a fortiori medietas duple nō ē. Omnes alie superparticulares cum sint multo minores sequitertia: ꝙ aūt non sit superpartiēs proportio q̄ est diametri ad costam probatur. Sumatur illa in minimis numeris ⁊ sequitur ꝙ diameter est impar vel costa est impar per vnam suppositionem ⁊ tunc sequitur ꝙ quadratum diametri non est duplum ad quadratum coste: quod est contra secundam suppositionem. ⁊ sequella patet per alteram suppositionez videlicet nullus numerus impar est duplus ad alium: vbi poteris videre quid sit diuidere per partes proportionales ꝓportione irrationali quod sic facies. Sume vnam lineam ⁊ de ea sume tantam portionem quantus sit excessus eiusdem cum esset diameter ad costaz que est pars eius ⁊ illa est prima pars proportionalis proportione que est diametri ad costam: deinde restantis sume excessum quem habet cum esset diameter ad partem suam que esset costa: ⁊ sic in infinitum: quod vide in hac figura.

Super ista materia de proportione irrationali cōsiderabis vltra ꝙ triplices sunt linee: quedā sunt commensurabiles actu .i. ſm suam propriam longitudinem sicut linea bipedalis ad pedalem. Alie sunt linee commensurabiles potentia .i. in quadratis: que ſm se sunt incōmensurabiles: sed in quadratis habēt esse cōmensurabiles qualis est diameter ⁊ costa. Alie sunt nec commensurabiles actu nec potentia: ⁊ tales sunt linea medio loco proportionalis inter diametrum ⁊ costam ⁊ ipsa costa. Pro quo nota ſm Euclidem sexto elementorum de modo inueniendi lineam medio loco proportionalem ⁊ est modus iste. ¶ Datis duabus lineis a.b. quarum vna sit quadrupedalis ⁊ altera pedalis: volo inuenire lineam medio loco proportionalem inter illas duas dicit Euclides datas duas lineas coniunge ⁊ in pūcto contactus facito signum: illasqꝫ duas lineas facito diametrum cuiusdam circuli: ⁊ a puncto signato ducta lineam ad circumferentiam vsqꝫ ⁊ illa est medio loco proportionalis: ita ꝙ qualis est proportio maioris ad mediam: talis est medie ad infimā. Dico igitur ꝙ si dentur tres linee continuo proportionales .a.b.c. qualis est proportio prime ad tertiā: talis est quadrati prime ad quadratum secunde: vel quadrati secunde ad quadratum tertie Exēplū. 4.2.1. sunt tria continuo proportionalia: quia qualis est proportio .4. ad .2. talis est duorum ad vnum: ⁊ quadratum quaternarij est .16. binarij quaternarius ⁊ qualis est proportio .16. ad .4. talis est .4. ad .1. tunc igitur si sumatur linea medio loco proportionalis inter diametrum ⁊ costam que sit ad costam est quarta pars duple ⁊ quadrati illius ad quadratum coste est medietas duple. ¶ Infertur corro. ꝙ inter nullos numeros quadratos est dupla proportio licet inter ipsos sit reperire maiorem dupla ⁊ minorem dupla: vnde sit transitus de extremo ad extremum quin per medium corro. probatur. Nam inter omnes numeros quadratos est reperire numerū me. proportionabiliter geometrice: sed inter extrema duple non est reperire numerum medium proportionabiliter geometrice: igitur inter nullos numeros quadratos est reperire duplam proportionem.

¶ Octaua difficultas.

Ad octauam respōdetur: ꝙ triplex est proportionalitas Geometrica Aritmethica ⁊ Armonica Geometrica ē similitudo proportionum. Aritmethica vero similitudo excessus. Exemplum de prima in istis terminis .8.4.2. talem esse proportionem .8. ad .4. sicut .4. ad .2. est proportionalitas geometrica. Exemplum .2. in istis terminis .4.3.2. qualis est excessus quaternarij ad ternarium talis est ternarij ad binarium. Proportionalitas armonica est quando talis est proportio primi ad tertium qualis est excessus primi ad secundum. ad excessum secundi ad tertium. Exemplum in istis numeris .6.4.3. qualis est proportio .6. ad .3. talis est proportio excessus senarij super quaternarium ad excessum quaternarij super ternarium hoc est duorum ad vnum. ¶ Super quibus proportionalitatibus considerabis de modo inueniendi medium proportionale geometricum: aritmethicum: ⁊ armonicū. De primi inuentione datis duobus tibi numeris vtpote binario ⁊ octonario multiplica vnū per alterum: ⁊ si resultans est numerus quadratus radix eius est mediū proportionale geometricum: ⁊ quia quod resultat est sedenarius ⁊ iste est quadratus cuius radix est quaternarius: quaternarius est medium proportionale geometricum. Nam qualis est proportio quaternarij ad binarium: talis est octonarij ad quaternarium: ⁊ si illis duobus numeris datis atqꝫ multiplicatis non resultat quadrat': inter illos nō est medium proportionale geometricum.

¶ De inuentione secundi. Datis tibi duobus numeris ipsos coniunge: ⁊ si medietas illorum sumatur illa est mediū aritmethice: vt si vis inter .4. ⁊ .2. inuenire medium aritmethice sumabis duo ⁊ quattuor ⁊ erunt sex sumatur medietas que est ternarius illa est mediū aritmethice. Nam ternarij ad binarium est excessus vnitatis ⁊ ita est quaternarij ad ternarium.

¶ Ad inueniendum medium proportionale armonice inter aliquos numeros oportet differentiam illorū multiplicare per minorem numerū: ⁊ numerū resultantem ex tali multiplicatione diuidere per numerum resultantem ex talibus primis numeris quotientem talis diuisionis addendo minori dictorum numerorū ⁊ ille tūc resultans erit numerus proportionaliter medi' armonice inter dictos. Exemplū. Datis his duobus .12. 4. inueniam medium armonicum: hoc modo capiam excessum .12. ad .4. qui est .8. ⁊ multiplicabo .4. per .8. ⁊ erit .32. postea sumabo duodenarium ⁊ quaternarium ⁊ erit .16. Diuidam .32. per .16. pro quotiente habebis binariū qui si addat' quaternario erit senarius: ⁊ ille ē mediū armonicū. ¶ Ex quo infertur ꝙ si inter aliquos numeros reperiātur tria media aritmethice: geometrice: ⁊ armonice: medium aritmethice est maius aliis duobus armonice minus geometrice est medium inter illa duo media geometrice. Exemplum .40.25.20.16.10. 25. est mediū aritmethice inter .40. ⁊ .10. Utrobiqꝫ .15. est excessus quindenarius. 20. est medium geometrice inter istos extremos numeros vtrobiqꝫ enim est dupla proportio .16. est medium armonice: quia qualis est proportio .40. ad .10. talis est excessus .40. ad .16. qui ē .24. ad excessum .16. ad .10. qui est senarius. Est enim in ambobus quadrupla ⁊ vides ꝙ .20. est medium geometrice inter .25. ⁊ .16. Est enim in ambobus sesquiquarta proportio.

¶ Ad secūdam partem difficultatis respondeo sex esse modos arguēdi per proportionalitates videlicet Conuersa. Permutata. Coniuncta. Disiūcta. Euersa ⁊ Eq̄. Argumentari per proportionalitatē conuersam est quādo ex antecedentibus fiunt cōsequentia: ⁊ ex consequentibus antecedentia: vt si diceres: qualis est proportio .8. ad .4. talis est .2. ad .1. ergo qualis est .1. ad .2. talis ē .4. ad .8.

¶ Proportionalitas permutata est quando ex āte secunde proportionis fit ōñs prime: ⁊ ex ōñte prime fit āñs secunde sic arguendo. Qualis est proportio .8. ad .4. talis est duorum ad vnū: ergo qualis est .8. ad .2. talis quattuor ad vnum.

¶ Proportionalitas coniuncta est quando arguitur a disiunctis terminis ad coniunctos: vt dicendo sicut .8. ad .4. sic .2. ad .1. ergo sicut .8. ⁊ .4. ad .4. sic .2. ⁊ .1. ad .1.

¶ Proportionalitas disiuncta est econtrario ad cōiunctam vt a coniunctis terminis arguendo ad disiūctos terminos: vt sic arguendo sicut .8. ⁊ .4. ad .4. sic .2. ⁊ .1. ad vnum. ergo sicut .8. ad .4. sic duo ad vnum.

¶ Proportionalitas euersa est a diuisis ⁊ simplicib' terminis ad coniūctos vel cōpositos non eodē ordine sed econuerso proportionalis illatio: vt sicut .8. ad .4. ita .2. ad

vnum ergo sicut.1.⁊.2.ad.2.ita.4.⁊.8.ad.8.
¶ Equa proportionalitas est duabus multitudinib⁹ ēn
terminum ꝓpositis ⁊ sibi in similitudine ꝓportionū cor
respondentib⁹ substractis medijs prima⁊ ⁊ vltima⁊ in
habitudine ꝓportiōalis illatio. sic arguēdo sicut. a. b. c.
inter se ita. d. e. f. inter se ergo sicut. a. ad. c. ita. d. ad. f. isti⁹
modis arguendi vtitur Arist. tertio thopico⁊.
¶ Notabis insuper tertia parte difficultatis octaue ꝙ ꝓ
portio ꝓportionū pōt esse equalitatis ⁊ sic dicitur geo
metrica ꝓportionalitas: vel pōt esse ꝓportio maioris
inequalitatis: ⁊ de ista diximus super⁹ cōtra Basanuz
ponentem ꝙ non est sicut numero⁊ denominantiū, s3 de
bet esse talis ꝓportio vnius ad aliam quot sunt media
geometrica inter extremos numeros talis ꝓportionis
vno addito vt si volo scire q̄ est ꝓportio octuple ad du
plam videbo quot sunt media geometrica inter. 8. ⁊. 1.
in dupla ꝓportione ⁊ inuenio ꝙ. 2. sunt vz. 4. ⁊. 2. addā
ego vnitatē ⁊ erit tripla ꝓportio ⁊ ita ē octupla ad du
pla s3 si inter extrema talis ꝓportiōis nō sit mediū geo
metricum alteri⁹ ꝓportionis minoris ad quā sit com
paratio dicendum est illi⁹ ꝓportionis ad aliā esse ꝓpor
tionē irratio. vt si petas a me q̄ sit ꝓportio duple ad se
quialtera assumam ego duplā. 4. ad. 2. ⁊ videbo an ꝓ
portio q̄ est in illo medio puta ternario sicut est sequial
tera ad binarium ita. 4. ad. 3. sit sequialtera: ⁊ q2 hoc nō
inuenio intero inter extrema duple non esse inuentum
media geometricū in ꝓportione sequialtera quare igiť
duple ad sequialteram est irrationalis ꝓportio.
¶ Nota ꝙ ista ꝯña nihil valet. Iste ꝓportiones sunt rō
nales ergo sunt cōmensurabiles. instantia p3 de dupla
⁊ sequialtera. Nam dupla ⁊ sequialtera sunt rōnales ⁊
tñ non sunt cōmensurabiles. Nam si essent cōmēsura
biles vna eadem ꝓportio metireť dupla atq3 sequialte
ra in quare duple ad sequialterā esset ꝓportio rōnalis
quod est cōtra dicta. Etiā ista ꝯña nihil valet. iste ꝓpor
tiones sunt cōmensurabiles: ergo sunt rōnales instātia
p3 de medietate duple ⁊. 4. duple q̄ sunt cōmensurabi
les per octauā duple ⁊ tñ non sunt rationales.

¶ Nona difficultas.

Ad nonā difficultatem rñdeo fm̄ nicolaum oren
in primo. c. maior ꝓportio. ꝙ in ꝓportionib⁹ mi
noris inequalitatis econtra ꝓcedimus quā in illis que
sunt maioris inequalitatis. Nam si dupla est minor q̄
drupla: subdupla est maior q̄3 subquadrupla qd̄ sic de
monstrať. vt Euclides. 5. elemento⁊ deducit supponen
do ꝙ si vna quantitas comparetur ad duas inequales
ad minorem habet maiorem ꝓportionem ⁊ ad maio
rem minorem ꝓportionem vt si compareť octonari⁹
ad quaternarium ⁊ binariū maior est ꝓportio octona
rij ad binariū quā octonarij ad quaternariū in ꝓportio
nibus aūt minoris inequalitatis si cōpares vnitatem
ad binariū ⁊ quaternariū inuenies ꝙ vnitatis ad bina
riū maior est ꝓportio quā vnitatis ad. 4. q2 cōparatur
1. ad. 2. sicut ad minorē quantitatē ex quo infert Nico.
oren. atq3 Jo. de monte re. secūdo epitho. ꝙ in ꝓportio
nibus pars sit toto maior qd̄ sic ꝓbať. Nam ꝓportio
vnitatis ad. 4. componiť ex inter medijs hoc est ex illa
q est. 1. ad. 2. ⁊. 2. ad. 4. sed. 1. ad. 2. est maior quā. 1. ad. 4.
ergo pars est toto maior: sed ꝑdictus Jo. de monte re.
aliter fundat hoc. Imaginať. n. ꝙ ad cōponendas pro
portiones sufficit q̄cunq3 mediū inter cadens ita ꝙ ꝓ
portio. 4. ad. 2. si inter. 4. ⁊. 2. ponať tanquā mediū in.
ter cadens. 100. componeť ex vna ꝓportione minoris
inequalitatis que est. 4. ad. 100. ⁊ ex alia maioris inequali
tatis que est. 100. ad. 2. modo maior ē. 100. ad. 2. quā. 4.
ad. 2. Ad illam tñ rōnem ꝓportionū minoris inequlita
tis respondet subtilissim⁹ Cal. primo aritmetice diffini
tione. 2. ꝓquemadmodū concedit Cal. primo. c. ꝙ in ꝑ
uatiuis maior remissio est pars minoris remissionis vt
4. respectu. 8. ita in ꝓportionibus minoris inequalitať
sed non est bona responsio q2 ꝓportio minoris inequa
litatis non est qd ꝑuatiuū sed mere positiuū cū in ꝓpor
tionibus minoris inequalitatis ꝓpria doctrina habeť
de cognoscenda maioritate ⁊ minoritate. In eis aūt
que sunt pure ꝑuatiua quantitas temp cognosciť per
positiua sicut p3 per Calcu. in. c. de raritate ⁊ dēsitate.
¶ Et vt magis hoc intelligas imagineris vnam latitu
dinē vniformiter difformē ab. 8. vsq3 ad nō gradū. si tu
ipsam consideres a nō gradu vsq3 ad. 8. erit latitudo in
tensionis: ⁊ si cōsideres ab. 8. vsq3 ad nō gradū erit la
titudo remissionis: ⁊ tu vides ꝙ gradus vt. 4. ē maior
intensio quā gradus vt. 2. ⁊ ita grad⁹ vt. 4. est minor re
missio quā gradus vt. 2. ⁊ gradus vt. 2. maior remissio
quā grad⁹ vt. 4. ⁊ certū est ꝙ grad⁹ vt. 2. est pars grad⁹
vt. 4. est aūt gradus vt. 2. maior remissio ⁊ grad⁹ vt. 4.
minor remissio ergo maior remissio ē pars minoris re
missionis. Si aūt imagineris vnam latitudine densita
tis vniformiter difforme ibi hēs latitudinē raritatis edi
uerso. ⁊ si tu imagineris latitudinem raritatis esse qd̄
positiuū ꝓbabo tibi illud densum esse infinite rarū: fal
sitas ꝯñtis nota est: ⁊ sequella ꝓbať hoc modo. Bene
